



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. I. Quibus personis & Ecclesijs decimæ sunt solvendæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

Ratio exigit, & nullæ conjecturæ de
strictiore præsumendâ privilegium con-
cedentis mente, aut contradiccionis, seu
absurdi devitandi necessitas, &c. urgeat,
uti colligitur ex *c. Ad audientiam 12.*
h. t.

§. VI.

*Quibus modis privilegium non
solvendi decimas amittatur?*

TRibus potissimum modis hoc privi-
legium amitti censetur,

Primo, si privilegium tale progressu
temporis in grave præjudicium Ecclesiæ
Parochialis cedat, vel eorum, ad quos
aliâs tales decimæ pertinerent, ita ut
scandalum, & querelæ justæ inde orian-
tur; in tali enim casu cessat, aut revocari
debet tale privilegium, uti sumitur ex
c. Suggestum 9. h. t. cum non sit intentio
concedentis tale privilegium immunitatis
à solvendis decimis, in grave præjudicium
alterius Ecclesiæ illud concedere.

Secundò amittitur hoc privilegium
immunitatis per non usum, sive usum
contrarium quadraginta annis de jure
novo continuatum, si scilicet per tantum
temporis spatium decimæ à privilegiatis
solutæ sint, intra hoc enim tempus præ-
scribi potest obligatio etiam contra Ec-
clesias.

Tertiò amittitur hoc privilegium per
transactionem, seu compositionem inter
partes post obtentum privilegium fa-
ctam, uti colligitur ex *cap. 8. § 9. h. t.*
(cum per talem conventionem fieri vi-
deatur privilegii renunciatio) & per alie-
nationem prædiorum, quæ ratione privi-
legii religiosi v. g. concessi exempta
erant, ad onere decimarum, cum per

talem alienationem jam non sub privile-
giatis, quibus principaliter immunitas à
solvendis decimis ex hoc prædio suo con-
cessa est, maneat prædium tale, sed
transeat ad dominum non privilegia-
tum.

S E C T I O IV.

*De personis & Ecclesiis,
quibus pendenda sunt decima,
& tempore ac loco, quo sunt
solvenda.*

§. I.

*Quibus personis & Ecclesiis decimæ
sunt solvenda.*

DE jure communi Canonico Paro-
chis, sive Rectoribus Ecclesiarum
Parochialium decimæ ex fructibus præ-
diorum, quæ intra fines cujuscunque
sita sunt, integræ solvendæ sunt, ut con-
stat ex *c. Cum contingat 29. & ex c. Cum
in tua 30. h. t.* ita ut fundatam in jure in-
tentionem pro se habeat Parochus, in
ordine ad decimas, contra quemcunque
possessorem juris decimandi, cui jus im-
munitatis probandæ incumbit, cum ex
primæva decimarum institutione jus de-
cimandi annexum sit curæ animarum.
Negari tamen non potest, quin aliis
etiam sæpe Clericis, Præpositis v. g. De-
canis, Canonicis, vel aliis beneficiatis,
secundùm portionem, quæ eorum digni-
tatis, beneficiis, &c. applicatæ sunt, jus
decimandi competat (uti colligitur etiam
ex *c. Ex parte 21. h. t.*) postquam aucto-
ritate Ecclesiæ redditus cujuscunque
Parochiæ in plura beneficia sunt divisi;
cum

cum etiam hi vi suorum beneficiorum in spiritualibus populo inserviant: & quamvis religiosis vi status sui non conveniat proprium jus percipiendi decimas, neque illis ex jure communi hæc debeantur, cum non obligentur ex vi status sui, & ex officio in spiritualibus ministrare, possunt tamen illis decimæ competere ex speciali privilegio, aut ex unione Ecclesiarum Parochialium facta monasteriis, &c.

Sunt autem decimæ prædiales illi Parochiæ ordinariè solvendæ, quamvis baptismalis non sit, intra cujus fines prædialia decimabilia sita sunt, etiamsi in alia Parochia ille, ad quem talia prædialia pertineant, habitet, & Sacramenta percipiat, ut colligitur ex c. 29. & 30. h. t. cum enim decimæ tales prædiales sint onera realia, quæ ipsis prædiis frugiferis inhaerent, consequenter non attenditur possessor, aut colonus, vel dominus prædii, in ordine ad decimas ex illis præstandas, sed Parochia, intra quam sita sunt. Vult tamen Pontifex in c. Cum sint 18. h. t. hoc in negotio recurrendum ad consuetudinem, quæ observari debet, ut etiam præscribitur in c. Ad Apostolica 20. h. t. ubi etiam de personalibus decimis, si earum adhuc usus alicubi viget, asseritur, quod illi Ecclesiæ, in qua quis domicilium, aut quasi domicilium habet, & in qua Sacramenta percipit, præstari debeant, cum decimæ tales velut onus merè personale personam sequantur.

Mixtæ denique decimæ, ubi earum usus est, & ex fructibus, ac foetibus pecorum solvuntur, de jure communi illi Ecclesiæ solvendæ sunt, intra cujus terminos pecora pascuntur; vel si in diversis Parochiis per notabile tempus pascantur,

in alia tamen accubent, & ovile habent, inter Ecclesias tales decimæ illæ sunt pro portione dividendæ, aliud recepta consuetudo obtinet, quæ in hac materia multum valet, & diligenter observari debet.

§. II.

De tempore & loco, quo prædialia sunt decimæ.

Solvendæ sunt decimæ prædiales postquam fructus à solo loco sunt, & collecti, ut constat ex c. de homines 7. junct. Gloss. verbo fructibus collectis h. t. neque enim in illa solvuntur, quæ alteri debentur, morari aut oportet, neque prævia monitione solvantur, nisi qui morantur, per centum cogere debeant. Personales vero decimæ adhuc usus est, commodissime solvantur ad multa incommoda evitanda, usque ad finem anni. Mixtæ denique decimæ, quæ ex fructibus pecorum, & foetibus horum solvuntur, citius aut tardius solvi debent, ratione utilitatis, &c. in his tamen præstandis & attendendis consuetudo.

Ad locum, in quo solvendæ sunt decimæ, quod attinet, non tenentur decimæ dominus prædii, vel colonus decimæ suis sumptibus, si jus commune tenentur ad horreum Parochi, vel Ecclesiæ, obligatio ista nullo jure probari potest, certiores tamen facere prius debent, si rochos de fructibus in horreo collectis, ut per Procuratores saltem decimæ decimis provideant; attendenda tamen iterum est circa hoc punctum consuetudo recepta.

SECT.